

Formulae Casinenses.

In codice Capinensi n. 439 inter multa alia f. 87. ⁸⁸sq. liquetur quindecim formulae litterarum, manu s. X. cum alijs
vocalibus alijsque quibusdam varijs exscriptae e codice antiquiore; unde origo earum saeculo IX ex. vel
X in. tribuenda videtur. Alia porro manus coarctata plane vacuo f. 68. habet quatuor alijs formulas inseruit,
quarum prioribus illis hic succedere placuit.

Incipit epistola seu super scriptula.

(Quamquam a longe in terra, salutamus vestigia pedum vrorum)

Precellentissime et glorie necnon et pie dominationis celsaeque potestatis vestrae ego tale
quamvis indignus servus hoc per humillima parvunculamque scriptulam quod aures
persensit servi tui hoc indagare magnissime tue ^(dominationi) via ad studio iterandum.
sicul denique et concedet, ut ex hoc fidei meae meritum saluum ^{si} fiat in magna
Domini die, cum et incertum fieri quod quamvis a me hoc ipsum vris pueris auribus
quantocius non sit indagatum, vobis non esset occultum, sed apertissime celeri-
terque notatum. Unde et magno percussus studio, vris altissimis potestatibus studui
enarrare causata. Unde et quamvis insigne obsecro et postulo, ut de talibus que
supra commentum sumus, iubeat meus gloriosus dulcisque dominus, quid agere exinde
licet indigni servuli vestri, ne forte aliquid offendiculum vris vestre patiamur
dominationis. Hac deinde, vris et optans desiderio, valeat meus dominus Deus favente
per multas longasque secula letus.

Dominus ille summus et eximius princeps ego tale humilis servus servorum vrorum.
Gloriose atque eximie vris dominationis hoc humillimus servulus exaratis iteramus,
atque ut fidei meae in die Domini salva fias, istud ut supradiximus, gloriose
potestatis que auditu comperimus, hoc servus vris tale innotescendo studuit, ut
et gratiam pro tali facto merear in sancto conspectu domini mei. Denique